

**PRO**portio inæqualitatis, est qua inæqualia in  
ter se conferuntur, ut 8. ad. 4.

**PRO**portio inæqualitatis est duplex, maioris in  
æqualitatis, & minoris.

**PRO**portio maioris inæqualitatis, est quãdo ma  
ior quãtitas cõparatur ad minorẽ, ut. 4. ad. 2.

**H**VIUS quinque sunt species. Multiplex, superpar  
ticularis, superpartiens, Multiplex superpar  
ticularis, multiplex superpartiens.

**M**ULTIPLEX est quando maior continet mino  
rem plus quàm semel, ut. 12. ad. 3. Hæc crescit  
in infinitum. Nã alia est dupla, alia tripla etc.

**S**UPERPARTICULARIS est, quãdo maior cõ  
tinet minorem, & insuper aliquam eius par  
tem. Et hæc decrescit in infinitũ. Sunt eius spe  
cies, sesquialtera quãdo maior continet mi  
norem, & minoris dimidium. Quòd si ultra  
summam minoris maior continet eius tertiam  
partem, uocatur sesquitertia.

**S**UPERpartiens est quando maior continet mi  
norem & aliquot eius partes, Quòd si conti  
net duas tertias, uocatur superbipartiens ter  
tias, ut. 5. 3. Si tres quartas, supertripartiens  
quartas, ut 7. 4.

**M**ULTIPLEX superparticularis est, quando  
maior continet minorem, plus quàm semel, et  
insuper aliquam eius partem. Quòd si conti  
net eum bis & eius dimidium, dupla sesquial  
tes

tes